

Summum in Theologia Doctoratus honores,

lxxi.

Qui

DEO OPTIMO MAXIMO AUSPICE,

Duce Potentissimo Episcopo Reverendissimo jubente,

*Reverendo, Magnifico, Nobilissimo*

**DN. ERASMO KÜSSOVIO,**

Canonico Camminensi, Excancellario Ducali emeritissimo, Consiliario Provinciali, Castellano Tribucensi,

Dn. hereditario in *Wegau / Quisn / &c.*

PROCANCELLARIO.

*Magnifico, Consultissimo Excellentissimo*

**DN. MATTHIA STEPHANO,**

Doctore Jcto & Professore ordinario, RECTORE.

*Spectabili, Reverendo, Nobilissimo*

**DN. BARTHOLDO KRAKEVITIO,**

Doctore Theologo, Superintendente Provinciali, Professore ordinario, Dn. in *Præsens/*

DECANO ET PROMOTORE.

*Clarissimo, Reverendo, Excellentissimo*

**DN. JACOBO FABRITIO,**

Licentiateo Theologo, Ducalis Ecclesiæ Stetinensis ad D. Ottonis Concionatori Aulico.

*In Universitate Gryphiswaldensi offerebantur,*

*sub ipso Solstitio æstivali, ad 13. Junij propriæ die Viti 1626.*

pijs votis, & applausibus metricis ex animo gratulantur.

**AMICI in Academia Gryphiswaldensi.**

GryphiswaldI, Typis Johannis Albini.

[1626]

Decorative border with repeating oval motifs.  
D Octoris Schola Gryphiadum tibi maectat honores

FABRICI, ex animo sic volo, profit honos.  
Illa tibi titulos fert atq; insignia: sed tu  
Nomine quod celebrat, re face, magnus eris.  
Aula tibi primam posuit JACOBE Tiaram,  
Altera & illa tua est, quam Schola nunc tribuit.  
In Cælis, nostin', tibi tertia & optima restat,  
Hanc tecum gratis præstolor à DOMINO.

M. DAVID REUTZIUS, Superintendens Pomeraniae Orientalis.

DOCTOR JACOBUS FABRICIUS:

*Per Anag.*

IBO, CURABO, SIC FATIS DUCOR.

D Octorem Eusebia dum me alto Numine fecit

Ille opifex rerum, vita melioris origo,  
Cognati teneo, Christo Duce, semina cæli,  
Et quæcunq; jubet mandata referre per orbem,  
Spiritus at hercâ descendens Sanctus ab aulâ,

IBO, CURABO, SIC FATIS DUCOR amicis.

Aula Doctorem dum me alto Numine fecit  
Sanctus ab aeterno subsistens Spiritus ore;  
Celsa Ducum ut sacro ducantur pectora fotu  
Ut componantur per sæcla futura, beata ut  
Præmia monstrantur, doceantur per sacra verba  
Sacrum Evangelium, sanctaq; oracula Legis  
Filius aeterni quæ de Patris extulit olim

Ipse



*Ipse sinu, una salus pendet nostra unde suprema;*

**IBO, CURABO, SIC FATIS DUCOR** amicis.

*Dùm me Doctorem Christi sacra gratia fecit,*

*Ut mentita adytis pellantur numina, Divi*

*Indigetes; verusq; Deus sine fine colatur,*

*Et redeant veri cœlestes Numinis haustus*

*Per populos in corda, animosq; in nube jacentes:*

**IBO, CURABO, SIC FATIS DUCOR** amicis.

*Doctorem Eusebia dùm me Deus ipse gubernat,*

*Ne Satanas homines subigat, nevé urgeat alta*

*Hortando ad scelera, ac varijs mortalia ludat*

*Pectora imaginibus, rectiq; oblivia mandat,*

**IBO, CURABO, SIC FATIS DUCOR** amicis.

*Doctorem Eusebia dùm me Deus ipse gubernat,*

*Nos cœlo, & nobis cœlum reddatur ut ipsum,*

**IBO, CURABO, SIC FATIS DUCOR** amicis.

*Clare Vir, & Christi felix virtute Sacerdos,*

*Delicium Eusebiæ, & gravium decus usq; bonorum;*

*DUCARIS FATIS felicibus; auspice Christo,*

*Doct̃or EAS sacra Eusebia; cœlestia CURES;*

*Et Patrem, & Verbum Patris altum, Spiritum & alium*

*Mortales doceas animos sacra jura professos.*

*Ipse Deus te complebit, Deus ipse fideles*

*In populos charisma suum diffundere promptus:*

*Ipse Pater Patriæ, Patriæ spes alta cadentis,*

**BOGSLAVUS DECIMUSQUARTUS**, flos

ille Bonorum.

*Usquè Ducum, priscis Heroibus inclytus ortus;*

*Inclinat clementem animum; mens ent bea pictas*

*Lœta genas, lœta os roseum, pia lumina lœta.*

*Gryphiaca lœta Charites, bona verbaq; dicunt;*

*Dicunt, quæ Deus & pietas CURANDA reponit,*

IBIT, CURABIT; sic FATIS DUCITUR altis.

I: CURA curanda; Deo Duce, & auspice Christo,  
DUCARIS FATIS felicibus: Eunomia insta  
DOCTOR ovans; dum te majoribus ire per altum  
Auspicijs manifesta fides & Numina poscunt.

Sic ex an. pr.

LAURENTIUS LUDENIUS, J. U. D.

ΠΟΛὰ μαθῶν, πλύμοχθς FABRIKIE, πλλὰ διδάσκων,  
Καρπὸν σύλλεξας, Φῶς πανάριστ, πλύν.  
καὶ γὰρ ΕΠΟΥΡΑΝΙΟΥ ΧΑΡΙΝ, ἣδ' ἔ ΧΑΡΙΝ ΠΟΜΕΡΑΝΟΥ,  
φέρτερον ἂν δῶρων δῶρον, ἀνακτῶ ἔχεις.  
Νῦν δ' ἀμφοῖν ζῶετῶ βελῆ, καὶ ἀμύμονι πομπῇ  
ΤΙΜΗΝ προσκολλᾶς καλλίπυσον ΧΑΡΙΤΙ.  
Αλλ' ἦν ἀσθδίασις, δ' ἔ πυκινόφρονι θυμῶ,  
ΤΙΜΗ καὶ ΧΑΡΙΤΙ Χρῆσθ' ὀπαζομένη  
ΤΙΜΗΝ ἣδ' ἔ ΧΑΡΙΝ φηρατὴν ἀφθάρτε ἀμείψῃ,  
κ' ἀθανάτη σεφάνης, ἐν χόρω ἀθανάτων.  
Αυλαὰ ΕΥΣΕΒΕΑΣ γὰρ, τῆς ζωῆσι ΠΑΡΟΥΣΗΣ,  
Ζωῆστ' ΕΣΣΟΜΕΝΗΣ, ἀνδρας ἄεθλα μύθ.

JOHANNES Burgman/J. U. D. & Prof.

Absint trita procul, sint omnia splendida, lux hae  
Est ea, que nostris non ita luxit Avus.  
Est ea, qua Princeps, Patria dulcata voluptas,  
Delicium nostri grande, Monarcha soli,  
Bugslaus Patria Pater intrat Grypbida, Praesens  
Eusebia tribuit Eunomiaq, gradum,  
Ex his Clare Faber, suavissime Mysta Jacobe  
Principis e tanti Doctōr habere throno.

Gran-

ST 584

308159

*Grandibus & magni titulis Collega Crameri  
Proclamatus, in hunc sifteris usq; locum,  
Tanto contribuyente tibi pomposa brabaa  
Kracvitio, tanto sacra jubente Duce,  
Vir Reverende, Faber, Vir Clare, sit omine felix  
Doct̄oratus, bonos crescat ut inde Deo.  
Aulica suaviloquis crescatq; Ecclesia dictis,  
Et vitam Patriæ vota vovendo Patri,  
Splendida lux o sacra Deoq; Duciq; Fabroq;  
Kracvitio, salve lux sacra, Vive Faber.*

M. JACOBUS GERSCHOW,  
Poëta & Professor Ord.

EXcipit haud rarò Virtutis præmia livor,  
Qui ceu virtutem, sic concomitatur honorem:  
Hoc pravum infedit multorum mentibus ☿☿,  
Spectare ut nequeant aliorum fronte serenâ  
Dignos, quos Dominus virtuti reddit, honores.  
Ast jam FABRICIUS, nostri pars altera cordis,  
Præmia Virtutis meliori sorte videtur  
Sumere, quæ titulo splendenti inclusa capessit.  
Invideant alij de impurâ fæce suborti:  
Non sic: queis Titan meliori pectora fundo  
Finxit, qui meritos tibi jam gratantur honores,  
Primates gaudent illustri è stemmate nati,  
Matronæq; Ducum celebres, generosaq; proles  
Doct̄oris gaudens extollit ad æthera honores.  
Nobilis hîc præsens, concurrit & Aulica turba,  
FABRICIUM cupiunt felici sydere dici  
Doct̄orem, suavi quem cuncti hâc voce salutant.  
Applaudit nostri collecta caterva Lycæi;

Gryphiacæ Musæ Doctori fausta precantur  
 Quem plenis collaudat buccis civica turba.  
 His tenui applausum dum subdere carmine conor,  
 Talia nunc charo prorumpunt pectore vota :  
*Sit Doct̃or celebris, qui cursus solis adæquet*  
*Famâ FABRICIUS, titulus sit morte superstes.*  
*Sit Doct̃or verbis, doceat quoq; moribus omnes,*  
*Sit Doct̃or fidus, constans pietate virescens,*  
*Sicq; cibo vita Doct̃or Doct̃usq; fruatur.*

M. BALTHASAR RHAW,  
 Log. & Metaph. P. P.

---

Nobile par Ducis in Bugslai Principis aula,  
 Codicis interpres Grandis uterq; sacri,  
 Codicis, in quo tractat Apostolus atq; Prophetes  
 Bis feno numero, quæ deceant animam,  
 Codicis, in quo claret Bartholus & Salycerus  
 Cum Paulo Baldus, quæ deceant animum,  
 Hôc Rungi decus Eunomiæ Friderice gubernas  
 Quæ sint Consilij apta futura sacris  
 Illô Fabrici Jacobe disertus haberis,  
 Eucleas verbis dogmata vera Dei.  
 Pauli de Tarso Interpres genuine Fabrici  
 Spem, Cor, Vota; fidem Numinis esse doces  
 Pauli de Castro Interpres celeberrime Rungi,  
 Rem, gladium, libram Cæsaris esse doces,  
 Hem Doct̃or Jacobe Faber, Rungi Friderice,  
 Doct̃or; utriq; novus profit hic almus honos.  
 Jova Deus vobis faveat, Cæsarq; faveto,  
 Buglausque, Dei, Cæsaris atq; loco.

Per

Per Vos namq; Dei quæ sunt, Deus indicat, & quæ  
Cæsaris hæc Cæsar lege ferente monet.  
Vivite, grata Deoq; Duciq; rependite, quod jam  
Sertum Krakvicij Gerschovijq; vovet.

*Dn. Promotori Doctoratum gratatur*  
M. LAURENTIUS GERSCHOW,  
def. Pastor Stolpâ-Medov.

---

**P**essima, vulgus ait, nos tangunt secula, nunquid  
Hoc ego crediderim? quin optima dixerò, sic est.  
Et probat hoc actus præsens. Fabrilis fabri  
Tractavere olim; sed nunc incude neglecta  
In fabrica cæli mens horum tota resedit,  
Quando Doctores censura Academica eosdem  
Dictitat, & cathedra sublimes sistit honora  
Ornatos auro tereti sacrag, Tiarâ.

O verè (quis enim neget?) hæc nostra aurea, cælo  
Quæ divulgando producunt secula fabros!

Sit sua laus Venetis, sua sit laus Noridos oris,  
(Illic ingeniosa fabriùm solertia prodit)  
At Pomeranis eos, fidei nutricula pura,  
Vincit, productis longè melioribus, omnes.

De tantis meritò grator tibi patria fabri  
Exhibeatur bonos illis & gratia fabri.

Et tibi de studio hoc sancto Faber optime grator  
Quin tibi de benè promerito jam grator honore  
Sis Faber usq; bonus vivax validus vegetusquè  
Biblica ab assiduis tibi personet ictibus incus,  
Ne tamen iste labor jugis te fortè fatiget,  
Nec delassetur tibi lingua malleus unquam,  
Neu nimium objectis flammis rubeas calasve

*Orat tibi sacro tingat medicamine Jova  
Tantæq; , ut perstent, faciat patientia flamma  
Aspirans robur , tam sancto munere dignum.*

M. PETRUS FORSTENOVIVS,  
Rector Scholæ Demmin.

---

Quid tibi posteritas, quid secula nostra rependent?  
Tempore cui surgit par ab utroq; decus,  
Gloria præsentis, FABRICI, fama futuri,  
Si qua secuturæ gratia gentis erit.  
Utq; saluteris Doctor modo Gryphica confert  
Nostra Academia tî premia digna fatis.  
Cuncta salutiferi, quia habes mysteria verbi  
Cognita, tu mundum voce styloq; juvas,  
Sive per Ebrææ fiat suffragia linguæ,  
Sive per elapsi temporis acta doces.  
Gratulor ergò tibi reverende & clare FABRICI;  
Dogmata qui pandis, Præco, sacrata DEI,  
Donec erit pieras laudi, laudaberis, & te  
Fama per hos annos tempus in omne vehet  
Nunc etiam cumulat meritas Ecclesia grates,  
Te Princeps noster curat amatq; magis.  
Vive igitur felix multosq; beatus in annos  
Atq; novis titulis utere ritè. Vale.

M. JOHANNES WUDRIANUS,  
Damensis Saxo.

---

Omnia cum pereant mundana, ac omnia morti  
Cum cedant, rapiat fors male fida sibi.

Sola

*Sola & cum maneat, nec languat unica virtus  
Vivida, cum finem nesciat artis honos.  
Quis nollet tecum mundana ac omnia vana  
Spernere, virtutis atq; decore frui?  
Artis honore frui quis nollet pergere tecum,  
Dum tibi sudoris digna Brabeia capis?  
Inter doctores nunc, ô dignissime Doctor,  
Es declaratus: gratulor inde tibi,  
Magnum Doctoris nomen tibi faustum & honori  
Cedat, & hoc gratum carmen habeto. Vale.*

JOHANNES MEURERUS, Scholæ  
Gryph. Hypod.

---

JACOBUS FABRICIUS THEOLOGIE DOCTOR

*ἀναγραμματιδής.*

ÆGROTOS HIC CURABIS; FLICO? DEBITO ALIO.

*μετάφρασις.*

**I**N quantis lateat mens obfuscata tenebris,  
**A**ffirmat multis pagina sacra locis.  
**C**hristum non noscit, qui fons bonitatis habetur  
**O**mnis, & ad cœli pons habitacula ferens.  
**B**arda quoq; in rebus quas fert natura novatrix,  
**V**el corylus saltem comprobat una satis.  
**S**ic quæro, cur qua se parte inflexerit arbor,  
**F**ossor in ære putet massâ quod adsit ibi.  
**A**st licet in tenebris hominum pars maxima saltet;  
**B**ella tamen semper, quæ docuere bonum:  
**R**ex dedit omnipotens media in caligine membra,  
**I**psi ad eò curæ est grata salus hominum!

B

Cum

Cum primis satis hoc faciunt exempla probatum,  
I nter quæ lucet, Jaspis ut ære, Faber.  
U llius haut reputans quid spurco proferat ore,  
S ultus, dum firmo pectore verba facit..  
T u nos *agrotos* igitur medicamine sacro  
H *ic curabis* ovans, sit procul omne nocens.  
E sto alios homines quondam fraudasse misellos,  
O strino *fusco*, tunc sequeris eos?  
L ex longè Domini, quam vitæ tempore volvis.  
O mni, diversum te docet atq; iubet..  
G audes *debito* ovasq; *alio* sic munere fungi,  
I ngiter ut vigeant dogmata pura Dei.  
Æ dibus in sacris hinc alta voce vocaris  
D octor, terrigenas qui recreare potest.  
O, honor hicce novus *Fabro* quò profit amando,  
C hriste tuo servo pro bonitate dato.  
T unc tua se passim diffundet gloria magna,  
O rbis quadrifidi qua via lata patet..  
R ex regum, solus mundi qui flectis habenas,  
Huicce meo voto pondus inesse jube..

JOHANNES TRANTOVIUS, *Stet.*  
SS. Th. Studios.

---

O DEUS in quæ nos servasti tempora! *Qui vis*  
*Jam queritur Mystes divina oracula summi*  
*Qui recitat Vatic summa & mysteria tractat:*  
*Undiq; dum Præses Romana Papa Cohortis,*  
*Turbag; Calvinii, pharetrans quog; Turcicus hostis*  
*Bella movent, dum dira vovent, dum se va minantur,*  
*Christicolas armis dumq; igni flectere tentant*  
*Tramite de recto, & stygias detrudere ad umbras,*  
*En pars Theologum tremat & gemit, hiscere contra.*

Vix audet: Vel pars penitus sacra jura relinquit.  
Atq; aliter sentit, contrâq; audacior ire,  
Vir cupit eximius, sacra cui concredita cura  
Est anime Celsi BOGSLAI Principis (oras  
Qui Pomeranorum tenet & moderatur habenas  
Imperij solus, cui cordi Jura, Fidesq;)   
Dum petit ut Titulos Schola det sibi Gryphica summos,  
Non modo quò possit Pastor pia verba sonare  
Atq; gregem monitis pavidum mulcere sacratis,  
Sed possit DOCTOR scribendo, docendo, monendo,  
Vera refellendo mala, fortis munere fungi.  
Obtinet. En hodiè fertis ornatur amœnis  
Hic Vir, Doctorum & cinguntur tempora lauro.  
Hinc qui Thespiadum Claris versantur in agris  
Carmina DOCTORI pangunt, gratantur & orant.  
O DEUS! egregiis DOCTORIS tu annue cœptis,  
Et firmas Flatus divini suggere vires,  
Ut recreet mentes verbi dulcedine, scriptis  
Constanter reprobet malè sanos, munere tandem  
Ritè ubi perfunctus celesti Psallat in arce:  
O DEUS! ô quod in hæc servasti tempora sanctos,  
Sit tibi laus & bonos, decus immortale per ævum.

JACOBUS RUNGIUS,  
SS. Th. Stud.

---

DOCTORIS titulum Tibi Vir præclare merentur,  
Officium, Virtus clara, genusq; decens.  
Præclaro genere es: Namq; ex te nasceris ipso,  
Et Pater es Doctor, Doctor Avusq; Tibi:  
Nempè alijs alijs sunt, Tu tibi Stemma sed ipsi  
Tu generis prima es gloria & alpha tui.

Et virtute Faber clarus: qui forcipe candens  
 Ferrum, non digitis tangere gnarus eras,  
 Ignea Doctorum virtus, Myſteria verbi,  
 Ante focum cathedræ, quando acuenda daret.  
 Officiũ & clarum noſtro ſub Rege capſiſis,  
 Arma cui aſſuetâ conficiſ arte Faber,  
 Loricam, clypeumq; enſem, galeamq; ocreaſq;  
 Armatum Chriſti Militem ut eſſe decet,  
 Juſtitiã, Verbo, Spe forti, Animoq; fideli  
 Inſtruis Heroẽm in prælia ſæva tuum.  
 Prælia, quæ Mundi Dominus, Mundus dominanſq;  
 Hoc ærumnoſo tempore multa ciet.  
 Hinc Tibi Doctoris titulum Vir clare merentur,  
 Officiũ, Virtus, Tuq; Tibi Ipſe Genus.  
 Ergò DEUS, Princeps, Academia Gryphica, jam Te  
 Doctorem, triplici voce, animiſq; creant.  
 Acclamant reliqui, ſalve Clariffime Doctor  
 Fabriti, ſalve, vive, valeq; diu.  
 Sic tu ſplendidum agiſ Doctor venerande Triumphum  
 Excelliſq; vehiſ ſidera ad alta poli.  
 O Te ſi excipiant ſtellæ utriuſq; Polorum,  
 Hoſpes ſic toto cognitus Orbe foreſ.

JOHANNES TETENBORNIIUS,

*Pyr. Rom.*

Οἶδεν ἄνευ καμάτις πέλῃ ἀνδράσιον Ὀπίτις ἐοδλόν,  
 Σύν τε πόνοις ἈΡΕΤῆ ἔρχεται ἀρχαλέοις.  
 Τῆς ἈΡΕΤῆς ἰδρωῖτα θεὸς παρεθήκα, Ἴ ἐπ' αὐτίω  
 Καὶ χαλεπὴ πρῶτον καὶ ὁδὸς ἐστὶ μακρὰ.  
 Δελεύου' ἈΡΕΤῆ οἱ δὴ γὰρ σὺν πόνῳ, αὐτίοις  
 Πωλεῖ ἀθάνατον, πάντα πόνων εἰχαζῆ.

ὄντως

ὄσως οἱ ἈΡΕΤΗΝ θέην ζηῆσαι ἀκρεβῶς,  
Ὅσως ὑψηλῆς χεῖματ' ἀπλ' ἀρετῆς.  
Ὡ ἈΡΕΤΗ σοι ἐν δαλδόμεν ἄξιον, ἡμῖν  
Ἐκ σ' ὅτ' ἐρχονται δοξαπὶ πᾶν ἀγαθῶν.  
Κλαῖε σο ΦΑΒΡΙΚ' αἰεὶ ζῆσθ' ἀλδύσας ἀγαθῶν  
Κληροῖς νῦν καμάτων πῖλ' ἀ βραβεία πᾶν  
Ὡς ἐν σοι Φήμη Δα τῶτων πανταχὴ αὐξή,  
Ἐύχομαι ἐκ ἡμῶν ὑμῶν ἐμῶν θεῶν.

Τιμῆς καὶ Φιλίας ἕνεκα ρ.

JOHANNES BERINGIUS,

Gryph. Pom.

**U**T superat tandem summi fastigia tecti,  
Qui bene per scalas cursor adivit iter.  
Sic pater omnipotens rerum cui summa potestas  
Per media ex imis monstrat ad alta viam :  
Clare vir & Christi multum Reverende Sacerdos  
Per media ex imis cursor ad alta venis.  
Plurima fecisti, sudasti, multa tulisti  
Per præceps primos exsuperando gradus.  
Duxisti precium tibi conscendisse per ignes  
Per media & saxa ex inferiore gradu.  
Hinc tua jam virtus per parta brabeja triumphat,  
Et viret in summo conspicienda loco.  
Sidera celsa petit, petit ardua sidera cœli  
Sublimisq; intrat consocianda polo.  
Auditur votivus amor, votivus honorque,  
Aëraq; impellunt organa, pompa, chelis.  
Auditur votivus amor, stat Doctor in alto.  
Vertice Fabricius, culmine Fabricius  
Auditur votivus honos stat Doctor in alta,  
Aula Fabricius lumine Fabricius.

Theiologus magnus Christi per secla Sacerdos  
Per media ex imis ivit ad alta locis  
Doctor, Doctorum pulcherrima fama virorum  
Inter habens claros culmina prima viros  
Vidit & ut vidit famâ super æthera notus  
Illustris noster Patrio in orbe Pater  
Dux BOGSLAVUS erat Regni divina propago  
Heroum sanguis præsidiumq; bonis  
Dixit, quandoquidem pervenit ad alta verenda,  
Eusebiæ noster culmina Fabricius  
Ipse ego, ne lateat superaddam lumina; & ipse,  
Ipse ministrabo flammâ operante faces.  
Dixit, & in summo flammantia culmine cunctis  
Lumina ritè locis conspicienda dedit.  
Felix, quem talem virtus in culmine linquit,  
Per media ex imis Præsulem ad alta locis.  
Sit felix virtus, sit felix gloria, felix  
Lucida flamma solo, lucida flamma polo.

PETRUS HAGENIUS,  
*Cbilonio-Hofs.*

---

JACOBUS FABRICIUS SS. THEOL.  
LICENTIATUS.

*ἀναγερματις.*

SOLA LAUS CHRISTI SUB TE VIN-  
CET: BIS FACIO.

EST *hac vera, manet quoq; regula Juris & æqui;*  
Præmia pro studijs qui meruere ferant.  
His careant quicunq; gravi ratione ingentem,  
Ignavâ vitam conditione trahunt.

*Nonne*

Nonne ideò intrepidus miles, cum signa cientur  
Classica, crudelis pralia Martis adit?  
Comparet inde sibi quò non debile nomen,  
Et spolia ex domitis hostibus ampla ferat.  
Annon extremas ideò mercator ad oras  
Longum per terras per mare volvit iter?  
Ut sibi divitijs per acerba pericula partis  
Præ reliquis clarum nomen ad astra pareat.  
Ille igitur celebri si dignus habetur honore,  
Quem fluxa rerum concomitantur opes.  
Si dignus quicumq; tubas lituosq; strepentes,  
Et sequitur Martis signa cruenta feri.  
Ex studijs cur non multò majora capeßis  
Præmia, Pierijs labra rigatus aquis.  
Semina nam plebi tu spargis vera salutis  
Tuq; cibus gentem sanguine, carne DEI.  
Tuq; viam monstras, quã possit atroce remisso  
Crimine, peccator scandere ad astra poli.  
Tu **BOGTS LAUM** (quo non est fortior alter  
In patriã nostrã) dogmata sacra doces,  
Hinc **SUB TE VINCIT CHRISTI LAUS SOLA** **Jacobe,**  
**LAUS CHRISTI VINCIT, VINCET & usq; manet.**  
Hinc tibi **BIS FACIO LAUDES, BIS pectore leto**  
**Plaudo. BIS FACIAM carmina grata tibi.**  
**VINCENS hereticos VINCIS Caodemonis astus,**  
**VINCITUR hinc SUB TE ditis atroxq; furor**  
Hinc ergo veniunt meriti pietatis honores  
Sunt ubi Gryphswaldæ clara Lycea scholæ.  
Præmia jam verã virtute perennia tandem  
Accipis: hic major non datur ullus honor.  
Nam mitram confert censura Academica, dignam  
Doctrinã, tanto præmia dignã viro!

LAUS

LAUS CHRISTI SUB TE VINCIT, VINCITQ; SUB ipse  
LAUS TUA Fabrici, & semper & usq; manet.  
Quare presentem tibi toto pectore lucem,  
Gratulor, illuxit que modo clara tibi.  
Gratulor atq; tibi, Doctor dignissime, nomen,  
Quod confert virtus parta labore tibi.  
Maeste novis animi virtutibus optime Doctor  
Ingenij felix indole maeste tui.  
Semper in orbe tuum nomen LAUDESq; manebunt:  
Doctrina sunt hac premia justa pia!  
Tu modò perge, tuâ quo te vocat indole virtus,  
Perge, nec à ceptâ dimoveâre viâ.  
Artibus ingenuis quesita hac gloria vivit,  
Vivet, & aternum nomen ad astra feret.  
Perge DEI LAUDES sanctè celebrare docendo,  
Tempore oportuno premia digna feres.  
CHRISTUS ubi judex veniet sub fine dierum,  
Dans bona dona bonis, dans mala damna malis.  
Hocce ego quod carmen tenui meditatus avenâ  
Suscipias animo Vir Reverende bono.  
Esto meus Fautor, studia & mea cepta tuere,  
Hoc precor, hoc voveo, præmia J O V A dabit.

Χρονολογικον.

Annum, mensem & diem Promotionis ostendens.  
ECCe reDIt IVnI à bls qVINI tertla flne,  
FabrICIo CLaro CLara tIara DatVr.

reliquit abituricens

MATTHÆUS M. B. F. WILDIUS,  
Gryphisylvicus.



2398 II

Skanowanie i opracowanie graficzne na CD-ROM :



ul. Krzemowa 1

62-002 Suchy Las

[www.digital-center.pl](http://www.digital-center.pl)

[biuro@digital-center.pl](mailto:biuro@digital-center.pl)

tel./fax (0-61) 665 82 72

tel./fax (0-61) 665 82 82

**Wszelkie prawa producenta i właściciela zastrzeżone.**

**Kopiowanie, wypożyczenie, oraz publiczne odtwarzanie w całości lub we fragmentach zabronione.**

**All rights reserved. Unauthorized copying, reproduction, lending, public performance and broadcasting of the whole or fragments prohibited.**